

B. N. II, 347.
h. 67, 20.

PK
3912

DISQVISITIO IVRIDICA,

an, propter praesentem monetæ
conditionem, furis pœna miti-
ganda sit.

Autore

Ioanne Friderico Schomburgk,

Advocato Qverfurth.

Anno MDCCLXI.





§ I.

NOstris his temporibus monetarum conditiones ita esse viles ac depravatas, præprimis in Imperio Germanico, ut rerum pretia enormem in modum excreverint, neminem fugit, exindeque simul monetas aureas, quas vulgo dicimus Lovis d' or, et solidos aureos, quos Ducaten appellare solemus, eum in modum in pretio excedere, ut ultra alterum tantum in computatione aliarum monetarum valeant, omnibus expertum est: Ea propter et in Comitiiis diu hac de re deliberatum fuisse, et devaluationem et proscriptionem susceptam conclusamque esse, illis notum est, qui rerum in comitiis gestarum adhuc sunt memores,

§ II.

§ II.

Cum itaque hæc monetarum conditio sit, nuperrime quibusdam communicavi cum amicis, et in quæstionem posui: an pœna capitalis, nostris temporibus, adhuc statuenda sit in fures, qui 12. thaleros et 12. grossos et supra abstulerint?

§ III.

Materia et quæstio hæc primo intuitu adeo mihi intricata visa est, et majoris judicii opus, ut meas hac de re opiniones, uti mens mihi erat, publice declarare et profiteri fere detererem; At deinceps, re penitus perpensa, suffultusque illustrissimorum Iure Consultorum judiciis, hanc materiam, eo, quo ipsius explanatio maxime necessaria videbatur, ævo, diutius suppressere, sustinere non potui.

§ IV.

Illorum in præsentem, qui pœnam laquei seu supplicium non respondere pecuniæ, ideoque fures simplices propter ablationem pecuniæ & rerum, illo non esse afficiendos sententiam, silentio prætermittam, cum pœna mortis, quamvis juri naturali non ex aste respondeat, jure gentium tamen, securitateque publica suadente & imperante, summa ratione statui potuerit.

§ V.

Ad illas potius constitutiones legesque publicas me convertam

vertam, quibus furibus, pro rerum ablatarum conditione
& valore poena capitalis inuncta est.

Lege Saxonum furtum trium solidorum capite
luebatur tit. IV. **Lex Ripuaria** tit. 79 & **Boica** tit.
8. §. 8. hujusmodi supplicium in quocunque furto majore san-
xit, uti & **Lex Burgund:** tit. 29. §. 3. **Consti-**
tutio Friderici 2. feud: 27. v. 8. Poenam laquei in eos consti-
tuit, qui quinque solidos furtive abstulerunt. **Leges Gos-**
larienses huic accurate respondent tit. von vrede brac-
ke lib. LV. apud Leibniz. rer. Brunsw. tom, III. p. 500.
we steler, dat vis scillinghe wert is de vorschuld
des galgen.
& Spec. Svev. Cap. CXIV. expresse jubet; den
diep soll man henken,

§. VI.

Ex his antea præmissis satis apparet, prisca jam temporibus
penam capitis furi dictam & destinaram fuisse,
Deinceps Imperator Carolus V. in Ordinatione judiciali Cri-
minali Art. CLX. secutus legem & dispositionem Friderici I.
supplicium furi quinque solidos vel ultra auferenti, statuit.

Vtitur hic Imperator Carolus V. loco vocabuli **Solidi** verbo **Gulden**, verbo, pro regionum diversitate, diversi sensus ambiguique valoris.

Conf: **Berger** El: Crim. p. 37.

Gærtn; ad LL, Sax. p. no.

Praxis hodierna et imprimis in terris saxonice

Constit. Elect. 32. § I. p. IV.

solidos pro Ducatis hungaricis accipit, & laudata **Constitutio** poenam laquei furi dicitur,

wenn der Diebstahl über fünf der besten Ungarischen Gulden wetth,

absque dubio ex hac ratione, quia hodie in tanta pecunia copia, multo major quantitas requiritur, ut respondeat solidis secundum veterem æstimationem, ubi pecunia admodum rara erat, et pro exigua quantitate res ad sustentationem necessaria acquiri poterant: quam rationem & leges Austriacæ secutæ videntur, quæ 25 florenos requirunt, ad furi imponendum supplicium

vid. Ord. Crim. Austr. art. 84. ap. Gvariant: Cod:

Austr. p. 719.

Simul ex Constitutione illa saxonum, & Carolino Articulo patet, furtum excedere debere quinque solidos, adeo ut fur

B tantum

tantummodo quinque solidos absque excessu auferens, ultimo supplicio mactandus non sit, præprimis cum in caussis capitalibus sententia benignior & mitior semper sit capienda & statuenda.

§ X

Illorum jam taceo opiniones statuentium, ex verbis Constitutionis Carolinæ

wie schädlich dem bestohlenen der Diebstahl gewesen pœnam capitis non habere locum, si quando fur diviti quinque solidos vel ultra abstulerit, quia huic quinque solidorum vix factura sit, tanquam non rationabiles, quia hoc principio supposito fur capite plectendus esset, si pauperi cuidam vel obulum abstulisset, cui comparato cum divite, obuli major jactura foret, quam diviti centum thalerorum.

Potius interpretatio, mea quidem sententia, sic facienda, ut æstimetur summa & valor rerum ablatarum, absque pretio affectionis.

§ XI.

Prætermitto & in præsentia, speciosam, Philosophi nostrorum temporum maximi, sententiam, de nostro jure patrio sic statuentis, divitem furem (simplicem) in Saxonia esse immunem, quia per restitutionem a pœna laquei se liberare posset, cum e contrario pauper ideo puniretur laqueo, quia ablatum restituere non valeat, vel ille, cui abstulerit, adeo sanguinis sit cupidus, furi remissionem denegans, ideoque furem non puniri quia fur esset, sed quia pauper.

§ XII;

Ad ipsūm potuis me converto propositum, disquirens,
an pro monetarum in præsentī vili conditione & valore,
fur capite plectendus sit, si 12 thaleros & 12 grossos ejus-
modi monetæ seu valoris abstulerit.

Disquisitio hæc eo melius ut dijudicari ac erui queat, primo ex
Constitutione Elect. Saxon: verba:

über fünf der besten Ungarischen Guldē

pro fundamento ponamus:

Deinde plane negandum non est Electorem constituentem maxi-
me æqualitatis, ut ita dicam, rationem habuisse, valoris rei abla-
tæ ac supplicii, præprimisque valoris solidorum Vngaricorum
expresse solidos Vngaricos quinque requirendo.

Porro cum de vita hominis res agitur, semper sententiam beni-
gniore[m] statuendam & ratio & æquitas svadet, & deni-
que sane multo sæviores nos præberemus iudices, furi
cuidam in moneta præsentanea vel valore secundum
hanc monetæ conditionem computato, summam duodecim thale-
rorum cum 12 grossis auferenti, pœnam capitis & laquei irrogantes, eum
furem computata nostra moneta qua in præsentī utimur cum
aureis vel solidis Vngaricis, quos Constitutio Electoralis discrete pro nor-
ma fert, vix duorum commississe solidorum furtum palam sit,

HAc & ex ratione Kressii ad art. 158. §. 1. n. 2. sententiam, si ducati
in specie ablati fuerint, agio simul computandum esse, ad summam
capitis supplicio destinatam, complendam, quasi, penitus abhorreo.

QXTH 3912

X 368 4642



§. XIII.

Ut et ea, quæ in præfenti professus sum, principia, majoris ponderis judicentur, coronidis loco, patris Ictorum dignissimi Carpzovii verba addam, in Quæst. Crim. LXXVIII. n. 32. et 33. ita loquentis

Si enim ex communi et usitato usu pluribus grossis aestimetur (ducatus) ut valor istius crescat, utique et in dictanda pœna suspendii respectum usitati valoris habendum, nec laquei supplicium, nisi furti aestimatio communem istum valorem quinque ducatorum exceaserit, furi imponendum esse dixerim. Summi enim valoris rationem hoc loco, habendam esse, tam æquitas et benigna interpretatio in odiosis svadet, quam practica quotidiana testatur.

Hinc cum ante decennium seculo isto cæco et æroso, quo omnium fere hominum marsu pia pecunia ærosa abundabant, valor ducatorum in tantum excreverat, ut quilibet duodecim et pluribus florenis communiter aestimaretur, laquei supplicium nemini furum, nisi qui ultra sexaginta aut septuaginta florenos furatus esset, in scabinatu dictatum fuisse, memini.

§. XV.

Quis est, quem fugiat, eadem in tempora nos esse reservatos, de quibus laudatus loquitur Carpzovius, ideo et iustissimum esse arbitror, computationem furti, secundum valorem ducatorum Vngaricorum inflituri debere, neminique capitis pœnam infligari, nisi qui ultra quinque ducatos Vngaricos abstulerit.

Quin et ex hisdem rationibus pœnam fustigationis esse mitigandam et secundum valorem ducatorum determinandam esse, reor.

§. XVI.

Quod reliquum est, ut Lector Benevolus, conatus meos oculo miti et benigno adspiciat, omni observantia est quod rogo.



VD 18



B. N. II, 347.
h. 67, 20.

II k
3912

DISQVISITIO IVRIDICA,

an, propter præsentem monetæ

s poena miti-

ic.

Schomburgk,

erfurth.

CLXI.

THECA
VIVIANA

